ALEXANDER ALESIVS
S. Theologiæ Doctor pio Lectori ſcripti huius, S.D.

PERVENIT nuper in manus meas libellus quo cõtinerent̃ quędam capita, quaſiq; dogmata religionis Chriſtianæ, compoſita atq; ædita à Theologis, ut illi ſeſe uocãt, Academiæ Louanienſis. Eidem prępoſita erat edictio Imperatoris Caroli, qua iuberẽtur credi, atq; prohiberetur diſſenſio. De qua quidẽ autoritate potentiſs. atq; maximi, & omnium bonorum exiſtimatione optimi principis, neq; ſuſpiciones multorũ, quibus illa artibus expreſſa eſſe uideatur referre, neq; quantum ualere hæc nõ modo debeat, ſed omnino poſsit, ſententiam meã hoc tempore explicare non uolo. Hoc ſanè accidit perbelle, quòd iſti Theologi huius ipſius autoritatis prę-

ſcri-

Sächsische Landesbibliothek Dresden

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden